



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 40. Principum atque Illustrium decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. dictus, erga Hugonotas ad fidem con-
A.C. 1703. versos nimium indulgens fuisset, nec
 eos, ut Missæ sacrificio interessent, ad-
 stringere voluerit, imo ab eisdem suos
 filios abstrahere iussus, severa hæc Re-
 gis mandata non nisi invitus, obortis-
 que pene lacrimis executus sit, vel
 quod teneræ nimis, mitisque indolis
 esset, vel quod hæreticos ratione con-
 vincendos, non autem ferro & flamma
 cogendos esse, sibi firmiter persua-
 sum haberet.

§. XL.

Principum atque Illustrium fata.

Novo luctu Augustissimam domum
 Austriacam impleverat hoc quo-
 que anno obitus Mariæ Josephæ An-
 toniæ, quæ Leopoldi I. Imperatoris
 Filia die quarta Aprilis decimo sexto
 ætatis suæ anno ex variolis Viennæ
 decessit: ejusdem itineris comitem ha-
 buit Carolinam Felicitatem Ducis Mu-
 tinensis Conjugem, quam Joannes
 Georgius primogenitus Ducis Saxo-
 Leucopetrensis Filius die quinta Martii
 morte præcessit. Die autem vigesima
 nona ejusdem Mensis Georgius Fride-
 ricus Marchio Onolsbacensis in con-
 flictu cum Bavaris accepto lethali vul-
 nere obiit: pari etiam fato Christianus
 Hano-

Hanoverans Princeps vitam gloriose Sæc. XVII.
 finiit, dum in prælio ad Munderkin- A. C. 1703.
 gam inter hortorum sepimenta fuga
 commiltonum destitutus, Danubii va-
 dum equo pertentans, die vigesima
 prima Julii in medio alveo sclopeti
 globo trajectus periit. Sybilla autem
 Hedwigis Saxo-Lauenburgica Dux ex
 apoplexia defuncta est: naturæ quoque
 fato concessit Romæ Dux de Salviati.

§. XLI.

*Scriptorum Catholicorum decessus
& opera.*

Pari etiam mortis necessitate vivis e- Niceron
 reпти sunt hoc anno ex Scriptoribus Hist. Erud.
 Catholicis plures, qui ob lucubrati- vol. 5. p. 87.
 onum suarum præstantiam adhucdum
 in grata eruditorum memoria vivunt:
 Hos inter primus est Joannes Baptista
 Thiers, qui typis vulgavit defensionem
 adversus Launoy appendicem ad differ-
 tationem de argumento negantis, dis-
 fertationem de retinenda in libris Ec-
 clesiasticis voce *Paraclitus*, librum de
 festorum dierum imminutione, ubi
 festa abrogandi facultatem Episcopis
 vindicat; hic tamen liber in Judicem
 prohibitorum, *donec corrigatur*, Anno
 1672. die vigesima tertia Martii re-
 jectus est unacum tractatu de supersti-
 tioni-